Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35260
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

Non est bonum sumere panem filiorum et dare canibus. Et illa dixit. Etiam domine
Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc
respondens ihus ait illi. O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Et sa
nata est filia eius ex illa hora.

Dominus et saluator non reprobauit errorem pharisaeorum
dicentium non loto manibus manducare est grande peccatum. Et
relictis iudeis transiuit ad gentes. Et quod dicitur in hodierno
euangelio. Egressus ihus de finibus tyri et sydon et venit iterum
in terram decapolis. Tyrus sunt mutatio gentilium sic
in terra promissionis per monte libani quia filii israel non potuerunt to
tali expellere gentiles de terra sua. Ecce mulier chananea nacione non
chananei habitauerunt in terra promissionis ante filios israel nec potuerunt
per eos totaliter extingui. Dixit illa mulier ab hijs qui venerant de
tyro et sydon. Illa audiuit miracula de samaria ihu. Et ideo firmiter credebat
quod filiam suam sanare posset. Hic ergo mulier a finibus illis egressa se
quebatur ipsum in via ad impetrandum filie sue sanitatem. Et clamauit di
cens miserere mihi fili dauid filia mea a demonio male vexatur. Et vocat dominum
fili dauid quia audiuit a iudeis ipsum promissum de testamento esse a dauid
Qui non respondit ei verbum non ipsum indignaccem sed ut ex perseuerancia ipsius
in prece firmitas fidei eius et deuocio ostenderetur discipulis. Quod hoc ut dicit
glosa. Et discipuli rogauerunt pro ea ut se ostenderet nos sanctae gentibus mi
sericordiam. Unde sequitur. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Di
mitte illam quia clamat post nos. Ordinem. Et dicit discipuli ad rogandum
pro ea fuerunt moti per hoc qui viderunt eius fidem et deuocionem. Ipse autem
respondens ait non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Et dicit ipse
primo et principaliter missus erat a iudeis tamen replus eorum ideo in ipsa
persona non predicauit nisi iudeis principaliter non fecit miracula nisi in casu
ex aliqua speciali causa sicut ostendere credendum in fide genuina et fundanda
Et hoc est quod dicit replicando. Ego autem dico ait ipsum ihu mysterium fuisse cum
ascensionis. Et replicando iudeorum per recitatio dei ad confirmandus promissiones
patrum quia antiquis prebis iudeorum fuit facta promissio de eo sicut abrahe